



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

310. feria 3. de Simplicitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Feria 2. Domin. 20. post Pentecost. 145

**A**spiciam D. Iesu finum quasi portum securissimum, ad quem admitti petam.

**Conf. 1.** Securitas est virtus, quā tranquillè magna opera virtutis aggredimur, & timorem, anxietatemq; errandi præpostere agendi, & non assequendi finem cohibemus.

**Conf. 2.** Incitamenta. 1. Concursus Dei omnes creaturas in suis functionibus mirabiliter juvans. 2. Bona conscientia D E I gloriam querentem mirabiliter roborat, & spe exitū boni confortat. 3. Solicitoritate præstandi omnia; qui enim, quod ad se pertinet, facit, non imprudenter de Deo auxilio confidit. Excelluit haec virtute Christus, qui opera, quæ nemo alias fecit, tranquille aggressus in convertendis, & sanandis hominibus animâ & corpore, quantâ securitate opus Redemptionis sub passio- nis initium in horto est aggressus, obvians suis hostibus.

**Conf. 3.** Actiones 2. Alacriter cum spe boni exitū præclaras actiones aggredi. 2. Timorem exvana causa ortum abjecere. 3. Quietè, & sine perturbatione opera bona præstare, fiducia in Deo collata.

### MEDITATIO CCCX.

Feria 3. Domin. 20. post Pentecost.

*De Simplicitate,*

*Aspiciam*

§46 Feria 3. Dom. 20. post Pentecost.

**A** Spiciam Dominum J E S U M ab omni  
hypocrisi alienum virtute simplicitatis  
primo ad sanctitatem gradu felicem juxta il.  
Iud D: Gregor. 12 Moral Nihil simplici corde  
*felicius.* Petam eam consequi.

**Conf. 1.** Simplicitas est virtus, quâ quis  
hypocrism. duplicitatem, & multiplicita-  
tē vincit, & ab omni astutia, fraude, dolo,  
actionum non necessiarum multiplicitate,  
alienus est.

**Conf. 2.** Incitamenta. 1. Confusio hypo-  
critarum, qui erunt deformissimum spec-  
culum evanescente eorum imposturâ, ita D.  
Basilius in c. 1. Isai. 2. Abominatio Domini  
omnis illusor, & cum simplicibus sermoci-  
natio ejus. 3. Quia Dominus vult suos servos  
paucis, id est, non necessarijs occupari, porrò u-  
num est necessarium. 4. D. J E S U S necessita-  
tem simplicitatis docuit, volens nos effici  
parvulos. Matth. 18. Juvenem in bona sim-  
plicitate educatum inquitus dilexit, licet vir-  
tute imperfectus alioqui esset. Marc. 10. Ob-  
synceritatem Samaritanæ se Messiam esse  
ei manifestavit, quod Judæis eum sâpe, sed  
insincere, rogantibus non aperuit, Joan. 4.  
Ad Discipulos loquebatur sine parabolis  
Propter eorundem sincerum in Christum  
animum, quidquid ordinavit ad Deum actu  
simplicitatis fecit. Ordinavit autem prius  
omnia

Feria 4. Domin 20. post Pentecost. § 47  
omnia; hinc hypocrism acriter reprehendit.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Quales sumus,  
tales nos factis, & verbis sine fictione ostendere.  
2. Christo Magistro sine suco bona &  
mala aperire. 3. De rebus, quas non sumus  
experti, nihil jactare, praelertim spiritualibus.  
4. Bona operari, sine admittance malorum,  
5. Sentire de Domino, & servis ejus in bo-  
nitate. 6. Operum inutilium multiplicita-  
tem vitare.

### MEDITATIO CCCXI.

Feria 4. Domin. 20. post Pentecost.

#### De Sobrietate.

Proponam mihi Dominum JESVM eo modo, quo D. Bernardus loquitur ser. 15. in Cant. *Cum nomine Iesum, hominem mihi propono sebum castum, &c.* Petam exequi illud S. Petri Sobrij estote.

Conf. 1. Sobrietas est virtus, qua affectum & usum potis, praeципue inebriare valentis, moderamur.

Conf. 2. Incitamenta ejus 1. mala ebrietatis gravissima. 2. In profanis hominibus damnatur ebrietas, quanto magis in sequentibus Christianam perfectionem. 3. Ad ebrietatem spiritus vocatus corpore sobrius sit, & ab his, quae spiritum habent, diligenter se ipsum abducat. 4. Christus dominus, dum specia-